

DE LEGI-
BVS, STATVTIS, ET
CONSVENTVDINE,

TRACTATVS ALI-
quot doctissimi, & in Foro ac praxi
quam frequentissimi & utilif-
simi, trium Clariss. Iure-
consultorum:

SEBASTIANI MEDICIS FLORENT.
ROCHI CURTI, ET
PETRI RAVENNATIS.

*Diligenter recogniti, & emendatiis multo quam
ante in lucem editi, cum Indiceretur
memorabilem copiosissimo*

COLONIAE,
Apud Geruinum Calenium & heredes
Quentelios. M. D. LXXIIII.
Cum gratia & Privilegio Cesareo.

Coll. Soc. Leopoldina ex dono Regum.



T Y P O G R A -
PHVS CANDIDO
LECTORI S.



VM LEX, STA-
TUTVM, ET
CONSVETVDO,
paribus passibus
ambulent,& eo-
dem penè iure
censeantur: ac ideo argumentum
de vno ad aliud in Iure nostro fre-
quens & validum sit, ut varijs in
locis crebrò traditur: Non abs re-
me facturū ratus sum, hasce Tra-
ctatus, vno libello coniunctos, in
hac Enchiridijs forma, simul in lu-
cem emittere: Ut studiosi I V R I S
& Practici, hasce materias, quæ
quasi inuicem symbolizant, si-
mul coniunctim habere, & ijs ad

TRACTATVS DE LEGIBVS ET STATVTIS SEBASTI- ANI MEDICIS FLO.

RENTINI IVRE.

CONSULTI.

S V M M A R I A.

- 1 LEX aut diuina est, aut humana,
- 2 Inuocatio diuini nominis in principio operis facie datur est.
- 3 Ordo in cunctis rebus seruandis est.
- 4 Vbi non est ordo, ibi est confusio.
- 5 Scire quid facias, & nescire quo ordine facias, non est perfectae cognitionis.
- 6 Neglectus ordo vitiat actum.
- 7 Ordo est figura substantiae cuiuslibet rei.
- 8 Ex ordine colligitur mens disponentis.
- 9 Digniora præponenda sunt.
- 10 Ius Pontificium est dignius Cæsareo, quo corpori anima prestat.
- 11 Partitio operis, quid operetur.
- 12 Distingue tempora, & concordabis scripturas.
- 13 Quot cause reperiantur in qualibet re.
- 14 Quatuor sunt causæ, ex quibus qualibet res efficitur: sufficiens, materialis, formalis, & finalis.
- 15 Sine materia nulla species fit.
- 16 Forma dat esse rei, que nisi seruetur, corruit actum.
- 17 Finis inspicitur, à quo res denominatur.
- 18 Omne agens agit propter finem.

A

Proœc.

ILLVSTRI REGIO MED
OLANI VICECANCELLARIO, D.
Ioanni de Sylua, Iureconsulto consummatissimo,
Rochus de Curte, utriusq; censuræ Doctor,
ac Regius senator, felicitatem
perpetuam dicit.

CVM in limine anni superioris, Illustris regij
Capitanei & domini mei, Thomae de Fuxo dos-
mini de Leschuneo, auspicio à Christianissimo
rege Francisco domino nostro, exulta senato-
ria dignitate honestatus fuerim, id verissimum
cognoui, quod celeberrimus decretalium glossator Bernardus
concius meus Papien. in c. innotuit. in verb. in scholis. de elect.
memoria prodidit, quod scilicet multū scholastica notitia ope-
ratur. Is enim Mecenas meus, cum in felici gymnasio Papien.
si literarum studijs operam daret, me & meos nouit: & inge-
nita humanitatis sua, non ob nostra erga ipsum merita, diliges
recapit: & usque adeò dilexit, ut ego iam sentiam ipsius dis-
lectionis emolumentum: cum superioribus diebus in senato-
rum album & locum benignissime à te suscepimus fuerim. Et
quoniam iam cedit tempus, ut summam manum Academis
et lecture laboribus & vigilijs imponam: & ad senatum
Mediolanensem, dignitate ipsa & officio, tuaq; ac tot gramssi-
morum Senatorum praesentia potius, propterem: dignum ex-
istimauit villicationis mee nouā reddere rationē. Atq; ideo ex-
lucubrationibus meis aliqua nunc cuendā proposui & inter-
tetera opusculum de Cōsuetudine, illustrissimo magno Frans-
sie Cancellario anno superiorē dedicatum, edere curauī. Cus-
ius exemplum tibi, ut potè Iureconsulto sapientissimo, & pra-
dicti senatus prefecto iustissimo, trāsmittere, opera preceum
duxi. Rogans, ut si quid oc̄i naclus fueris à grammīnis
negocijs feriatus, illud legere non digneris.

Quod si abs te laudari sensero, fortasse
sis elegantior & melior fæ-
tura exhibet.

R O

52 *Consuetudo circa matrimonium disponens, an valeat.*
Et quibus casibus quos pete ibid. C. num. 53. 54. 55. 56.
57. C. 58.

SECTIO I.

- 1 **S**i queritur, quid est consuetudo? t dicas, quod
 est ius non scriptum, moribus & usibus popu-
 li, vel à maiori parte ipsius, ratione initiatum,
 & continuatum, & introductum, habens vim legis.
 Ita est definitio Bart. in d. l. de quibus. ff. de legib.
 quae probatur ibi, & in g. ex non scripto. Insti. de iu-
 re nat. in l. quod maior ff. ad municip. in l. quod nō
 ratione. ff. de legi. t Sed nunquid consuetudo sit ius?
 Et respondeatur, quod sic. Nec obstat, quod iura non
 probantur, l. ab ea parte, ff. de proba. & ideo nō ad-
 mittuntur positiones iuris. l. ij. g. quod obseruari,
 cum ibi notatis, C. de iura. cal. sed consuetudo pro-
 batur. l. ij. C. que sit ius. consue. Quia iura commu-
 nia nō probantur: quia sunt scripta, & ab omnibus
 sciri debent. l. leges. C. de legi. sed consuetudo consi-
 stit in facto, quod sèpè prudètissimos fallit: & ideo
 probari debet. Et dicit Bald. in l. fi. in 3. col. C. vndè
 3 cog. q t consuetudo populi est ius Civile: sed con-
 suetudo fori, seu stylus, est ius prætorium, & nō vi-
 get generaliter, sed tantum in curia, in qua viget.
 Vndè prætor non tenetur sequi stylum episcopalium
 4 curiæ. t Et nunquid ad esse consuetudinis sit non
 esse scriptum? Et respondeatur, quod aut queritur de
 consuetudine introducenda, & in eius introduc-
 tione non requiritur scriptura. Circa tamen cius ob-
 seruatiā, & ut melius possit memorizare comen-
 dati, potest redigi in scriptis ad memoriam eius, ut
 videmus in usibus feudorum. Et licet consuetudo
 redigatur in scriptis, permanet consuetudo, ut in
 usibus feudorum. Et si est redacta in scriptis, supe-
 rioris vel populi autoritate, tunc eo easu proba-
 tur consuetudo per apertionem librorum, de quo
 per